



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

Caput II. Ecclesiæ potestas circa dispensationem Sacramenti Eucharistiae.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

„speciem accipiendam adstringantur, Sæcul. XVI.  
„sed neque ex sermone illo apud Joan- A.C. 1562.  
„nem cap. sexto recte colligitur, utriusque  
„speciei communionem a Domino præ-  
„ceptam esse, utcunque juxta varias  
„Sanctorum Patrum, & Doctorum in-  
„terpretationes intelligatur;,, namque **Matth. xvi.**  
qui dixit, *Nisi manducaveritis carnem fi-* 1. Cor. ix.  
*lli hominis, & biberitis ejus Sanguinem,*  
*non habebitis vitam in vobis*, dixit quo-  
que: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vi-*  
*vet in æternum. Et qui dixit: qui man-*  
*ducat meam carnem, & bibit meum san-*  
*guinem, habet vitam æternam;* dixit etiam: **Joan. 6.**  
Panis, quem ego dabo, caro est pro mun-  
di vita. Et denique qui dixit: qui  
manducat meam carnem, & bibit meum  
sanguinem in me manet, & ego in illo,  
dixit nihilominus: qui manducat hunc pa-  
nem, vivet in æternum.

## CAPUT II.

*Ecclesiæ potestas circa dispensationem Sa-*  
*cramonti Eucharistie.*

Præterea declarat: „hanc potestatem  
„perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in  
„Sacramentorum dispensatione, salva il-  
„lorum substantia, ea statueret, vel mu-  
„taret, quæ suscipientium utilitati, seu  
„ipsorum Sacramentorum venerationi  
„pro rerum, temporum, & locorum va-  
„rietate magis expedire judicaret: id

N 3 autem

Sæcul. XVI. „autem Apostolus non obscure visus est  
A.C. 1562. „innuisse, cum ait: *Sic nos existimet ho-*  
*mo, ut ministros Christi, & dispensatōrē*  
*mysteriorum Dei.* „Atque ipsum quidem  
„hac potestate usum esse, satis constat  
„tum in multis aliis, tum in Sacra-  
„mento, cum in ordinatis nonnullis circa  
*1. Cor. 11.* „eius usum: *Cetera, inquit, cum vener-*  
*v. 34.* „*disponam.* Qua de re agnoscens Sancta  
„Mater Ecclesia hanc suam in admini-  
„stratione Sacramentorum auctoritatem,  
„licet ab initio Christianæ Religionis  
„non infrequens utriusque speciei usus  
„fuisse, tamen progressu temporis, la-  
„tissime jam mutata illa consuetudine,  
„gravibus, & justis causis adducta, hanc  
„consuetudinem sub altera specie com-  
„municandi approbavit, & pro lege ha-  
„bendam decrevit, quam reprobare, aut  
„fine ipsius Ecclesiæ auctoritate prolli-  
„bito mutare non licet. „

## CAPUT III.

*Totum & integrum Christum, ac verum  
 Sacramentum, sub qualibet specie  
 sumi.*

„Insuper declarat, quamvis Redemptor  
„noster, ut antea dictum est, in su-  
„prema illa cœna hoc Sacramentum  
„in duabus speciebus instituerit, & A-  
„postolus postea dicit: *Qui ergo* „posto-

